


P V I S

1 6 1 1

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Ec. 50.





TRICHO.  
PLOCIA.

M. Ioannis Philippi  
Vollockij, P. L.

Ad libellum.

Non est invidiam timere, non est  
Illam vel quod ames liber necesse,  
Nil augere potest suo favore,  
Nil libente potest nocere morfu.



VVITEBERGAE

Typis M. Ioannis Cratonis, Anno

M. D. X C I X.

103



A D  
MATTHÆVM ZVBE,  
rum, Bavarum, Poetam  
Coronatum.

**D**octior & brevior vivit te nemo Poeta,  
Iudicij melior nec bonitate tui est.  
Censeat ergo meos tua lima probata libellos  
Voce placebo tua, voce tacebo tua.  
Invideant, ZUBERE, tibi pleriq; Poeta:  
Ingenij virtus, hanc parit invidiam.  
Nolo multorum limas exquirere Vatum.  
Censura vena, stog; cadoq; tua.

Tuus

Vollock, P. L.



NOBILIBVS,  
DOCTISSIMIS ATQVE  
ornatissimis Viris-Iuuenibus, Do-  
minis suis honorandis, & Commensa-  
libus plurimum colendis, hanc meam qualem qua-  
lem Τειχοπλακίαν, dico dedico q̄; lubens memo-  
riae & valedictionis ergo, Autor  
infra positus.



Georgio à Dambitz, Nobili  
Boruffo.

Ioanni Schram, Vratislavi-  
ensi Sil.

M. Balthasaro Osten, Vratislaviensi Sil.

M. Andreae Francisci, Onoldino Fr.

Georgio Riglero, Rottingensi Fr.

Ioanni Baptistæ Rorbach, Elrichhusa-  
no Fr

Ioanni Schrickelio, Hilperhusano Fr,  
Ioanni Schemelio, Rotenburgo-Tube-  
rano Fr.

Ioanni Adami, Epperiensi Sepusio.

Ioanni Vlbeccio, Suobaceno, Fr.

Ioachimo Hesso, Hollando Bor.

Ioanni Zieglero, Creilsheimensi Fr.

Balthasaro Mische, Magdeburgensi.

Sax.

A 2

An,

Andreae Sebisch, Austriaco.  
Ioanni Martio, Neosolensi Pannonio.  
Michaeli Kerero, VVinshemio Fr.  
Paulo Figulo, VVestheimensi Fr.  
Georgio Kremero, Geratshofensi Fr.  
Casparo Meiero, Vveiffenburg. Norico.  
Iacobo Offnero, Brettano Fr.  
Ioanni Scharschmüdiö, Zittaviensi Sil.  
Georgio Adamo Francisci, Onold. Fr.  
Ieremiae Heubero, Onoldino Fr.

Et

Hospiti nostro lectissimo, civi VVite-  
bergenfi, Ioanni Vngaro, *σημειογλύπη.*

*V. H.*

*deditiß.*

*M. Ioannes Philippus  
Vollock, P. L.*

*Trichos*



# Trichoplociæ

M. IOANNIS PHILIPPI VOL-  
lockii, P. L.

PARS PRIMA SACRA.

Σὺν τῷ Θεῷ.



*Omnis homo felix sua qui facit auspice  
Christo,*

*Felix auspicio res cadit orsa DEI.*

Ad DEUM Opt. Max.

*Sacer DEVS, qui conditor ætheris  
Vno potenter qui regis undique,  
Nutu suo quicquid serenat  
Lumine Summus in orbe Phœbus:*

*Imo rogamus pectore supplices,  
Sic nos sacrati numine Spiritus  
In filij vitæ per annos  
Cognitione tui gubernes:*

*Omnes beati semper ut in tuo  
Verâ fruente ambrosiâ throno  
Te cum bonis fidelibusq;  
Perpetuo celebremus ore:*

*Adhæc benignus nrs Deus aspice,  
Salubriores ut magis excitent  
In mente cogitationes,  
Recta fides & honesta vita.*

A 3

Laudans

Laudandus omni lingua Deus Ps.

147.

*Efferat ore Deum celebranti Spiritus omnis,  
Omnis homo debet lingua sonare Deum.*

Finis Hominis.

*Agnoscat Triadem celebretq; homo conditus orbe,  
A cunctis nosci vult Deus atq; coli.*

Cantio.

Serva DEUS verbum tuum,  
D.M.L.

AD GEORGIUM A DAMBITZ,  
Nobilem Borufs, &c.

**E**nthea defendas, Pater optime, dogmata verbis  
Dogmata, quae nulla vim patiuntur ope.  
Cernis, ut insultet Geticis è finibus hostis,  
Cernis & Ausonio Praesulis orbe minas.  
Hic turbare tuum Natum sine fine supernis  
Nititur, & Natum sedibus ille tuum.  
Ergo veni, propera, longos, Pater, excute somnos.  
Arma armis, vim vi, pelle dolosq; doli.  
Tu, bone Christe, tuas innatas exsere vires,  
Gens adversa tuo sub pede victa ruat.  
Sic yoseo, victrix Ecclesia, parva cruore,  
Ausoniâ & Scythicâ libera peste manet:

Sic

Sic aeterna tuum resonabunt saecula nomen,  
Nec, tua quo pereat gloria, tempus erit,  
Aeth' erium Flamen nostris illabere venis,  
Vna sub & vasto fac sonet orbe Fides,  
Qua venit Eous, qua conditur Hesperius Sol,  
Vnum religio noverit una Deum.  
Ultima dein vita quondam post fata peracta,  
Insere coelesti membra resumpta choro.  
Fac, precor, in tenues vauescant retia ventos,  
Quae fixere tuo turba maligna gregi.  
Per sua non cauto capiantur retia sensu:  
Auctorem sternat causa nefanda suum.  
Hinc pateant summa fortissima robora dextrae,  
Robora tutando quae satis ampla gregi.  
Te feret hinc hostis solum super omnia Regem,  
Sumere pro populo qui queat arma suo:  
Sic tua durabunt magna praeconia laudis,  
Dum pisces aequor, dum polus astra vehet.

Verbum Domini manet in aeter-  
num Esa: 40. Luc:

21.

Non perit aeternum Omnipotentis concio Verbi,  
Sermo Dei rerum mole cadente manet.

Christus Ecclesiae praesens.

Christus adest praesens quocunq; Ecclesia fusa est,  
Custos est ceterus Christus ubiq; sui.

Utilitas crucis,

Adver-

*Adversis rebus subjecta Ecclesia cultu, est.  
Cruce exercitium dat precis & fidei.*

*Ad Spiritum Sanctum.*

*Spiritus alme veni, populi rege corda fidelis  
Et sancto renova numinis igne tui.  
Qui per multiplicis diversa idioma lingua  
Es solutus gentes sic revocare fide.  
Et nos unanimi vitâ conjunge per orbem,  
Vt Triados semper lingua loquatur opus.*

*Missio Spiritus Sancti.*

*Traditur en sanctus verbo, precibusq; sacrator,  
Flatus adest sanctus, pax ubi sacra prece.*

---

*Psalmus 12. Ex Ode Paraphrasticâ  
D. M. Lutheri.*

**AD IOANNEM SCHRAM,**  
**Uratraviensem.**

**H**eu miserante, Deus, nos calitus aspice vultus,  
Qui super è multisturba pusilla sumus.  
Turba pusilla sumus, qui te pietate veremur  
Ingenuâ: reliquos devius error habet.  
Nulla fides, summo veniunt quæ sidere, dictis:  
Tota fides hominum corde sepulta jacet.

*Frivola?*

Eriuola, quæ proprio sunt eruta sensa cerebro,  
Hæc placida saltem pro ratione docent.  
Discordes agitant dubio sub pectore sensus:  
Unus non uno profluit ore sonus.  
Mox aliud promunt, aliud mox suggerit error,  
Quel. bet hos aurâ flabra uolante mouent,  
Nec modus est ullus nostro secedere cœtu,  
More subexterno pectora sancta putes.  
Omnia Cunctipotens excindat dogmata Numen,  
Sub fūco quæ nos fāisa latente docent.  
Dispercant tumida, fundunt quæ talia, linguae:  
Quis Dominus, cuius iura minentur, erit?  
Nos penes est solus vasti custodia iuris,  
Quæ proba sunt nobis, quis reprobare velit?  
Ergo, DEVS fatur, iustum nunc surgere tempus,  
Est, miseris promptam nunc dare, tempus, opem.  
Addictæ rumpunt solum susp'ria gentis,  
Heu querula resonant atria tota prece!  
Ergo decet tantis aures tribuisse querellis: —  
Nostra ferant grata Verba salutis opus.  
Hæc validas hostis genuino robore vires  
Sternant: Hinc pressis Pax micat alina viris.  
Ut color argento cedit purissimus illi,  
Quod probat ignitus terq; quaterq; focum:  
Sic decet in verbi sacratâ lege tenaces,  
Non dubios omni ponere sorte pedes.  
Exserit innatas duro sub pondere vires,  
Illius hinc splendor visq; probata patet.

*Lativago cunctis feri sidere lumina terris,  
Lucei in Eois Hesperijsq; plagis.  
Hoc Deus aeternos parum servare per annos,  
Ne scdâ maculet sorte caterva, velis.  
Fac procul a nobis reproba sit concio gentis,  
Ne fraus in castas nos trahat atra sua.  
Impius innotam properat sibi figere sedem,  
Hic ubi dicit populo iura superba tuo.  
Non opis humane, Verbum florere supernum;  
Huic vigor aetheris totus ab axe venit.*

*Christus defensor populi sui Est:*

*46.*

*Credentes murus Christus circa aeneas omnes,  
In pessum adhaeritos non sinit ire DEVS.  
Preces piorum exaudiuntur.*

*Vota p̄i quoties fundunt non irrita fundunt,  
Semper in arumnis experiuntur opem.*

*Psal: 13 Dixit insipiens in corde  
suo.*

*AD M. BALTHASARUM OSTEN,  
Uratlavicensem, Sil.*

*Nescis turba DEI sic ora superba resolvit:  
Nostra Deum vero jaecat honore fides,  
Illorum verò sunt indiga corda timoris:  
Os blaterat, nunquam quæ cor inane probat.*  
*Nam*

Nam sedata malis completur moribus aetas:  
Laus sequitur reprobos; Est scelus esse bonum.  
Hinc validas motus Deus exardescit in iras,  
Et grave supplicij sumere tentat opus.  
Tempus erat, summo prospectat ab aethere Numen,  
Atq; oculis fuerant obvia cuncta suis.  
Lumina fert partes, qua terra patescit, in omnes,  
Num pius hic, illic forte lateret homo;  
Calica qui toto rimetur pectora iussa,  
Iussa DEI, precium qui pueret esse suum:  
Apparet nullus vasti per jugera mundi,  
Raptabat cunctos orbita flexa viros.  
Quisquis ad ingenium data vita pensa trahebat:  
Tali rebantur Numen honore celi.  
Nemo fidem, justum, fas, rectum nemo colebat:  
Quisquis erat plantis unica norma suis.  
Hinc Deus ergo animo graviores colligit iras,  
Verbaq; commoto Numine digna sonant:  
Quae tanto frangis miserorum pondere terga,  
Quando, Gens, fines es positura tuos?  
Aridiore voras bona, famam fauce, penates;  
Quae pius assiduo cunq; labore tenet.  
In nostrum non stat fiducia fervida Numen,  
Non adeunt ulla sidera celsa preces.  
Vis proprijs durum contundere viribus hostem,  
Per te vis tuto te asseruisse loco.  
Ergo vacent placida turgentia corda quiete,  
Exigat assiduus robor a mente timor.

*Ipse*

*Ipse volo parti praesens adstare piorum,  
Quae peragunt pura, quae data iussa, fide.  
Vobis dicta horum levis optima risus habentur.  
Est horum constans, fabula vana, fides.  
Dixerat, aetherij repetens delubra recessus,  
Qua placidum miseri sede levamen habent.  
Ergo quis auxilium presso feret Israëli,  
Aerione cadet missa Sione salus?  
Sed cadet: addixit nutante cacumine promptam  
Sion opem: Misericordia sacra DEVS.  
Porriget hic nobis dextram miseratus amicam,  
Eximet & duris subdita colla iugis.  
Hoc spectare licet duce mania nota reversis,  
Ad veteresq; licet suave sedere focos.  
Per sua praestabit nobis hoc pignora donum,  
Donum, quod IUSTIS gaudia mille feret.  
Celitus evadit duras Ecclesia sortes;  
Sentit at ultorem reproba turba DEVM.*

**Christus custos vitae nostrae Psal.**

**121.**

*Curat nos Dominus, nos crimine servat ab omni,  
Praesidio Christi nulla pericula nocent.*

*Cruce pius probatur.*

*Adversis sanctus, flammâ cognoscitur aurum,  
Est exercitium crux pretiosa pijs.*

**Psal.**



Psalmus 46 Deus noster refugium  
D. M. L.

AD M. ANDRAEAM FRANCISCI  
Onoldinum. Fr.

**O**mnipotens nobis Deus est fortissima turris,  
Trudere quam tuto vis nequit ulla iugo.

Ille malum nostris arcet cervicibus omnes

Nec nos presenti clade perire sinit.

Hostis inextinctas jam viribus addere vires

Tentat, & in nostram totus abire malum.

Robore milleno, millenis horridus armis

Pugnat: Ei tellus non tulit ulla parem.

Deficit in tantas at nostra potentia vires,

Vincimur, & facilis turba perire sumus.

Fortia pro nobis tamen inclutus arma capessit

Heros, aetheria missus ab arce DEI.

Quis sit at ille, rogas? En accipe: Christus Iesus

Dicitur: hoc demum non DEVS alter erit.

Hic validis hostem praestantior exiit armis:

Hostibus ex cunctis certa trophaea refert.

Sint Acherontae licet omnia plena cohortis,

Nos quae avida totos fauce vorare velint;

Spes tamen infracto nobis bona pectore surgit:

Agmina vincemus cuncta favente DEO.

Dentibus infrendat licet horrida Tartareus Dux,

Et nos multiplici, viq; doloq; petat:

Attamen

*Attamen incassum petit : excidit ausis,  
Dum parvâ saltē voce repressus abit.  
Gens inimica sacrum, quod venit ab æthere, verbum  
Haud ullis poteris tollere seva modis.  
Nobiscum flavam Deus arduus intrat arenam,  
Cumq; bono spirans divite Numen adest.  
Corpora sidemunt, nuptam, bona, pignora, famam,  
Talia fac placido pectore damna seras.  
Has capient prædas, ullo sine fenore prædas,  
Non capient, que nos regna beata manent.  
Ter felix, alacer pro quo DEVS induit arma:  
Hoc duce qui pugnat, certa trophæa refert.*

*Deus defensio, Rom. 8.*

*Si Deus est nobis, quis nam nos opprimet hostis?  
Non est quod metuat quem regit ala Dei.*

*Christus spes.*

*Vita, salus, spes est discrimine Christus in omni:  
In Christo vincit cuncta pericula fides.*

---

*Cantio,*

*Mag ich unglück nicht widerstan.*

*A D GEORGIUM RIGLERUM,  
Rottingensem Fr.*

*D*efit in adversas mihi digna potentia vires,  
Meq; petunt odijs agmina mille feris;

*Dogmata*

Dogmata dum fido, quibus iter ad astra recorro  
Pectore nec reus fraude dolore meo.  
Firma sed haec nostro sententia pectore surgit:  
In Domini requiem quaeq; favore capit.  
Sint ideo nostrae Domini favor aureus, artes:  
Has fixo nullus corae revelet homo.  
Non procul à nobis gaudet discedere Numen,  
Promptius Euripo mox redeunte redit.  
Dumq; redit, turbam perturbat viribus omnem  
Invictus: tanta caede cruentus adest.  
Nec prius absistit quam mille cadentia victor  
Fundat humi, varios agmina decta doles.  
Non equidem invenio, quid agam fugiamve negotii  
Languida dum tristi corda pavore tremunt.  
Dum Deus implicuit mœstum per membra iumentis,  
Vnde eer infelix herret adire malum:  
Non tamen hoc uno mihi constat certius ullum,  
Omnia quod subito terrea regna cadant.  
Turbine mota levi transitu terrena potestas,  
Non capiunt finem dona superna suum.  
Ergo ego me letum rebus servabo secundis:  
Spe meliore mei damna levabo mali,  
Infestetur opum quamvis pars tota mearum,  
Et pessum viva commeda lucis eant,  
Attamen haud vel opes, vel amanda commeda lucis,  
Divite me poterunt abripuisse D E O.  
Tu modo sis tanti socius, Deus almae, laboris,  
Ne quâ mens nimio pondere fracta labet.

Cuncta

*Cuncta cadunt, rerumq; vices mutantur in horas;  
Talia ceu vulgi dicta per ora volant:  
Christe velis ideo lateri te jungere nostro,  
Et bellatrici fortis adesse manus  
Ceu proprium telis peterent caput hostica turba,  
Ceu solio properent arma parare tuo.  
Nunc age, munde, omnes vires prome, omneq; robur,  
Hoc, hoc sterrentur robora cuncta duce.  
Hujus sub clypeo medios munita per hostes  
Ibo: me ramo palma virente manet.  
Est opibus satius, satiusq; est cedere vitâ,  
Quam puris versâ cedere mente sonis.  
Deus fortissimus,  
Omnibus est vasto major Deus hostibus orbis  
Est vis caelesti nulla coaqua DEO.*

---

*Cantio matutina Fratrum Bohe-  
mia*

*AD IOANNEM SCHEMELIUM  
Rotenburgo-Tuberanum, ami-  
cum & fratrem sin-  
cerum.*

*Splendidior liquidis caput effert Phœbus ab undis,  
Et rota Luciferi provocat orsa diem.  
Ergo sit in summi laudes operosa Iehova  
Et recinat gratum gutture lingua melos.*

HOC

Hoc tutore datum est vanas eludere technas ;  
Quas variâ fingit doctus ab arte Satan ;  
Languida dum facile capimus per membra soporem ;  
Nosq; tenet placidus nocte silente torus  
Iam puras etiam tollamus ad æthera palmas  
Tangat & hic supplex ardua tecta sonus :  
O Deus, horrentem sub cuius regmine noctem  
Vivimus, & quidquid nox tenebrosa parat ;  
Hac sub luce velis casus comes ire per omnes,  
Damnaq; presidio nostra levare tuo.  
Ne fera de nobis victricia signa reportet  
Mentibus insidias quæ parat usq; manus.  
Pro nobis vigilem cape providus undiq; curam,  
Pastor ut excubias pro grege fidus agit,  
Errantium dubias tu promptus dirige plantas,  
Ut dubie curam Navita navis habet.  
Criminis, inferni, duro & certamine mortis  
Ad fera tu nostras instrue tela manus :  
Criminis, inferni, seve & crudelia mortis  
Agmina cogentur te perijisse Duce.  
Offerimus tandem, vasti tibi conditor orbis,  
Pectora quidquid habent, corpora quidquid ha-  
Omnia divinis sunt consona iussibus æcla. (vent.  
Nec, tua quod ledat numina, pectus amet.  
Hæc matutino tibi concidit hostia sole.  
Hanc cape per Nati funera mœsta tui.

Preces Piorum exaud.

Sancti multa potest gratio corde profecta,  
In Christo possunt nomine cuncta preces.

B

Pii

Pij labor est oratio.  
Cœlesti labor est oratio grata Parenti,  
Orat bis, constans munia quisquis agit.  
Sathanas pio nihil obest.  
Tunc multis fallunt Satanae ludibria rebus,  
Cum summo præfert impius illa DEO.  
Magnanimo Satanae qui temnit pectore ludos,  
Excubijs Triados tuus ubiq<sub>3</sub> manet.  
In laboriosum ad seipsum.  
Solerti Christus presens, nec deserit illum,  
Ingratus renuit cum dare mundus opem.  
Quem juvat illicita nummos corradere sorte,  
Sollicitus medias esurit inter opes.  
Fragilitas humana.  
Non vivit terris qui non peccator aberret,  
Stat pius atq<sub>3</sub> cadit terq<sub>3</sub> quaterq<sub>3</sub> die.

---

Precatio pro defensione Ecclesiæ.  
Ad IOANNEM BAPTISTAM  
Rorbach, Ellerchshufanum Fr.

**V**enire corda, Christe, qui jubes gravi  
Onusta mole sordium,  
Tuamq<sub>2</sub> te rogare quos juvat Deum  
Benignus offers gratiam.  
Cum plurimis ubiq<sub>3</sub> cingimur malis,  
Mundi ruentis, tempore:  
Te nos rogamus supplices, quos optimè  
Divina vox sic instruit:

Non

Non est voluntas Patris, ut de parvulo  
Perdatur unus agmine.  
In his locis contra furores hostium  
Ut colligas Ecclesiam,  
Verbum piè quæ tradat absq; scandalo  
Sinnu paterno proditum,  
Quæ te colat frequens honore debito,  
Sanctosq; cultus diligat,  
Nam laude non unquam vehent te mortui  
In orbe, sed supesites.  
Ergo tuas fac esse nos myrmecias  
Ne vastitate concidant,  
Sed ut tuo favore plures perciti  
Cætus pios adaugeant.  
Deus protector.

Protector Deus est, et merces dives alumno,  
Non sanctum Christus deserit orbe gregem.

---

Historia de quodam Iudæo.

AD IOANNEM SCHRICKE-  
lium Hilperhusanum, Fr.

**V**endiderat natum Iudæo mater Apelle,  
In natum Mater dura novera suum.  
Ille suas emtum graveolentes ducit in ades,  
Ac puerum tali voce cruentus adit:  
Serira mollitie, s'vavi dulcedine mella,  
Duricie chalybem quid mibi vincit, ait?

B 2

Dixit

*Sic tibi produces vernantis stamina vitæ,  
Stamina quæ fuerant ense secanda meo.  
Dixit : in adversum sua lamina conjicit hostem;  
Hæcque refert tremulo verba sonore puer :  
Eoi vincit mollissima veller a seris  
Nascentis fovet qui mea membra, sinus :  
Quæ suxi è matris tumidis alimenta papillis,  
Hæc dulcore queunt vincere mella suo :  
Indomitum chalybem quod possit vincere, matris  
Quæ tibi me potuit vendere, pectus erit.  
Dixit Apella pavet tanquam Iovis ignibus ictus  
Prodigiūque sonis extulit hisce novum :  
Aut DEVS es, DEVS aut teneræ moderamina lingua  
Dirigit : Ad Christum me juvat ire tuum.  
Infantum (res mira) Deus sermonibus hostes  
Victos ad Christi regna beatatrahit.*

---

**AD IOHANNEM ADAMI,  
Epperiensem Sepusium.**

**V**itam quæ faciunt beatiorem,  
Dilectissime Christiane sunt hæc  
Purgatum vitis habere pectus,  
Iustas iusticiæ tenere leges,  
Vero dicere corde veritatem,  
Famam ledere nemini susurris,  
Non immittere proximo dolorem,  
Non offendere somnatis sodalem,  
Verbis impia facta non probare,  
Amplecti studio Deum volentes



Non promissa truci negare vultus,  
Fædo fœnore non levare sortem,  
Non vi frangere recta propter aurum  
Hæ verè faciunt beatiorem  
Dilectissime Christiane vitam.

---

Ad homines mortales.

Pfal. 117.

AD IOANNEM VLBECCIUM,  
Suobacenum Fr.

**N**omen excelsa Triados per orbem  
Laudibus læta celebrate gentes,  
Hoc tribus omnes populiq; dulci  
Dicite cantu.  
Ille nos larga bonitate curans,  
Non premi sævis patitur periculis,  
Illius cunctos pietas fidesq;  
Durat in annos.

---

Aliter.

**A**deste gentes, & Deum  
Laudate dignis laudibus:  
Hunc debitis præconiis  
Decantat omnis natio.  
Namq; illius clementia  
Et sancta nobis veritas  
Sincera perstat omnibus  
Corroborata seculis.

B 3

Domi-

---

Dominica Oratio.

AD IOACHIMVM HESSVM,  
Hollandum Bor.

**C**Hare pater, cœlum & terram qui numine torques,  
Clarefcatur sanctum nomen in orbe tuum.  
Adveniat regnum: tua sit rata prona voluntas  
In terris, alio ceu solet esse polo.  
Da panem nobis; depone fideliter iras,  
In vitium lenes fratris ut omne sumus.  
Ne Satanae rapiat dubiam tentatio mentem,  
Rebus in adversis mitis adesto Parens.  
Namq; tuum est regnum, rerumq; immensa potestas,  
Gloria & in nullos interitura dies.

Pio nihil obest.

Nil adversa nocent iusto discrimina mundi  
In Christo verè gaudia sanctus habet.

---

Ex Evangelio Dom. 2. post Trinitatis.  
AD IOANNEM ZIEGLERVM,  
Creylsheimensem, Fr.

**P**Rima, secunda perit; sub Avernum tertia migrat;  
Vixq; superos scandit portio quarta polos.  
Sed quæ causa rei? DEVS? Absit: Ab arcet Olympo  
Non homines Numen; Femina, Taurus, Ager.  
Vivo, vivo Deus sua nam per numina jurat,  
Non volo sit quisquam pars Acherontis homo:  
Isacida,

Isacidae, vobis per me sunt dona salutis;  
Ad Stygias propriis ausibus itis aquas;  
I nunc atq; DEVM leti dic esse perennis  
Auctorem: Manet hoc debita pœna malum.

Ex eodem Evangelio.

Tres hominum misero leto periêre cohortes;  
Conjuge prima, secunda perit bove, tertia campo.

---

Evangelium Lucæ 7. de resuscitato  
viduæ filio.

AD BALTHASARVM MIE  
he, Magdeburgensem.

**A**Rdua se Christus Nainæ ad Mœnia perfert  
Cum sociis, populi magnâ comitante catervâ,  
Sedula que Christi pendebat ab ore loquentis.  
Iamq; parant urbis primæ succedere portæ,  
Cum iuvenem efferrî veloci funere mersum,  
Avulsamq; suâ primo sub flore parente,  
Vno hoc que nato, fueratq; orbata marito,  
Cernunt. Ingenti squalens vestigia luctu  
Pone legit mater, proprii ac sanguine iuncti.  
Non tulit hanc speciem miserato pectore Christus:  
Verum adit, atq; ultrò verbis compellat amicus:  
Non opus est, mulier, tantos effundere fletus:  
Ipse novam juveni vitam, venisq; calorem  
Insundam, atq; tibi natum in tua tecta remittam.  
Hæc vbi dicta dedit viles inhibere ministros,

B 4

Tradere

Tradere qui corpus vellent ex angue sepulcro,  
 Praecipit, capuluq; immotâ sede locavit.  
 Surgere tum juvenem leto, tum vivere mandat.  
 Surge age, ait, Iuvenis: vitali vescere dono,  
 Sollicitaq; refer rediens nova gaudia matri.  
 Non morâ. Continuo post tristia funera vitam  
 Desuetam accipiens, erecto corpore sedit.  
 Non fuit ulla super miseranda mortis imago;  
 Sed potuit veras audire ac reddere voces.  
 Hic redviva sua reddebat pignora matri,  
 Ac jussit vitam, velut antea, ducere Christus.  
 Ibat ovans animis, nato sua damna rependens  
 Accepto mater, sublimen & laudibus alto  
 Caelo exequabat, facti pro nomine, Christum.  
 Obstupere omnes, gelidusq; per ima cucurrit  
 Ossis tremor populis, pavido hæc addentibus ore:  
 Quis novus hic nostro surrexit in orbe Propheta,  
 Ausibus insignis, qui tanto clarus honore est?  
 Cœlitus ipse DEVS cerre hoc nos vate beavit,  
 Invisitq; suam clementi munere gentem.  
 Huius in Iudeam, confines ivit & urbes  
 Fama rei: Data sunt passim sua premia laudi.  
 Et donum vitæ, seve atq; potentia mortis,  
 Vnius à nutu pendent immissa Tonantis.

Precatiuncula ad Christum Iesum.  
 AD ANDREAM SEBISCH,  
 Austriacum.

CHriste Deus, tam triste genus quem mortis adire  
 Ob nostrum scimus non dubitasse scelus,

Illius

*Illius esto memor cruciatus, corde tulisti  
Quem tum, cum petiit Spiritus astra tuus:  
Te precor esto mei memor, & cum morte soluta  
Hinc cedent animæ dona redempta meæ  
Vivo tibi, moriarq; tibi dulcissime Christe,  
Sum tuus & vivens, sum tuus & moriens.*

---

**Ad Christum Iesum.**

**C***hristus amor meus est, mea Christus sola voluptas,  
Christe tibi vivam, vis moriarq; tibi.*

---

**Hymnus Reverendi Patris. D. Lutheri  
de infante Iesu, ex nuncio An-  
gelico. Luc. 2.**

Monocolos Tetrastophos, carmine Iam-  
bico dimetro acatalectico.

**AD IOANNEM MARTIUM,  
Neosolensem Pan.**

**C***oelis ab altis prodeo,  
Divinitus leta afferro:  
Quæ leta mirandis modis  
Vobis dabo mortalibus.  
En hoc die est Infantulus,  
Ex virgine intacta datus:  
Infantulus tencerrimus,  
Qui gaudium & vestra est salus.*

B 5

Hic

Hic Christus est noster DEVS,  
Solvens necessitatibus :  
Redemptor unus omnium  
Purificator criminum.

Vobis per hunc fertur salus :  
A patre missa cœlitus :  
Nobiscum in orbe cœlitum  
Vivatis omne ut seculum.

Notate nunc signacula  
Cum fasciis præsepia :  
Locatus hic Infantulus  
Mundi imperator totius.

Hinc júbila omnis concitet,  
Pastoribusq; viderit :  
Nobis Deus quid muneris  
Cum Filio donaverit.

Attende mens & respice,  
Præsepe quid fert ante te ?  
Infantulus quis blandulus ?  
Est noster ille IESVLVS.

O dulcis hospes pectorum  
Qui perditos non respuit,  
Teq; addis heu periculis,  
Dicam tibi quas gratias ?

O conditor rerum omnium  
Nunc exhibes te servulum,  
Ut hiccubes in gramine,  
Mulae bovisq; pabulo.

Multo sit orbis amplior  
Auroq; totus clarior

Angustior

Angustior tamen foret  
Cunas tibi quam quod dant.  
Syndon, Chlamisq, sericas  
Et lappa, carex, carduus  
Sunt arcis instar sordida  
O REX tibi praesepia.  
Fuit tibi sic visa res  
Ut veritatem diceres,  
Opes, honos, vis, orbe stent,  
Quod ante te nihil valent.  
O mi venuste IESVLE,  
Substerne membris lectulum:  
Meo quiesce in pectore  
Et semper hoc servabo te.  
Hinc percipit mens gaudia  
Ducit choros, & júbila.  
Vox Hosanna personat  
Ex intimis s'avem sonum.  
Honos DEO laus summa sit,  
Qui Filium nobis dedit,  
O Angelorum dulcibus  
Res concinenda vocibus.

---

Aliter.

Elegiaco carmine.

AD MICHAELEM KERE-  
rum, VVinshemium Fr.

**M**ortales miseri vitiorum mole gravati  
Diverso mundum cardine qu! colitis,

Quos

Quos premit ira Dei, quos mens male conscia damnat,  
Quos peccata premunt, nil nisi turba nocens,  
Afflicta & quæ nescia gens sperare salutem,  
Pristina in fuerit cælitus orta salus.  
Desuper ecce polo venio demissus ab alto,  
Affero mortali gaudia summa gregi:  
Gaudia nam porro toti communia mundo,  
Gaudia dulcisonis quæ numerabo modis.  
En puer hic vestrae natus ratione salutis,  
Quem pia virgineo ventre Maria tulit,  
En puer egregio, & specioso en Iesus ore,  
Qui vobis miseris gaudia mille dabit,  
Is Christus cum patre DEVS, cum Flamme sancto,  
Qui vos è mortis faucibus eripiet.  
Hic vester Salvator erit, Mediator & ipse  
Sanguine qui proprio crimina cuncta luet.  
Omnia felicis fert vobis gaudia vitæ  
Ipse opifex rerum, quæ bene disposuit.  
Ut liceat vobis æterna in regna locatis,  
Nobiscum vita commodiore frui.  
Signa fidem faciunt, præsepe & tenuia lina  
Quæ minime fallunt, signa notate benè.  
Fasciulis cinctam puerum invenietis ibidem,  
Cuncta suis humeris qui tenet atq; fovet.  
Inde novos læto capientes pectore plausus  
Cum pastore sacrum suscipiamus iter,  
Et perlustremus, quæ sint ea munera nobis  
Quæ cum filiolo jam Deus exhibuit.  
Respice nunc mea mens, quidnam præsepibus istis?  
Qui jacet in duro quis puer ille thoro?

Iesus



Iesulus est noster, de te mihi gratulor hospes,  
 Qui miseros minime procius à facie.  
 Qui te flagitiis nostris addisq; periculis  
 Quæ tibi pro meritis præmia digna dabo?  
 Summe DEVS, rerum cunctarum rector & auctor,  
 Quid? quod tam spretus, factus es atq; humilis?  
 Cur tua posternis vili sub gramine membra,  
 Unde suum capiunt bos, asinuq; cibum?  
 Scilicet immensi multò amplior ambitus orbis,  
 Luceat & gemmis innumerabilibus:  
 Exiguas tamen ad cunas angustior extat,  
 Lintea pro serum tegmine sila geris.  
 Hic splendor tuus est, his te te insignibus effers,  
 REX REGVM æternis adpice ista bonis,  
 Sic tibi complacuit monstrare & opes & honores,  
 Nullius ante oculos ponderis esse tuos.  
 O mel, deliciæq; meæ, dulcissime Iesu,  
 Fac sit fasciolis mens mea ut apta tuis.  
 O libeat coluisse tibi mea sordida corda,  
 Ne meus erga te diminuatur amor.  
 Hinc mea concipiant lætos præcordia motus,  
 Et canat ad cunas vox O S I A N N A tuas,  
 Sit laus summa DEO patri, sit gloria summa,  
 Qui nobis gnatum tradidit unigenum.  
 Hinc chorus Angelicus nobis gratatur & optat  
 Auspiciis salvis ut novus annus eat.

Decem præcepta.

AD PAULUM FIGULUM VVest.

I.  
 Vnus in Israel Deus, unus mente colendus.

Non

2  
Non Domini vanos rapiendum nomen in usus.

3  
Sanctificanda pio devotè Sabbatha cultu.

4.  
Traclandi jussa reverentur lege Parentes.

5.  
Injustam verbis, re, gestibus effuge cadem.

6.  
Illicitos purum cor aversetur amores.

7.  
Contentus propriis, committere furta veretur.

8.  
Nullius dictis mendacibus obrue famam.

9.  
Fratris abire cave possessor iniquus in aedes.

10.  
Rerum omnis prava procul absit mente cupido.

---

Orationis Dominicæ petitiones  
septem.

AD GEORGIUM KREMER-  
rum, Geratshofensem Fr.

1. Sanctificetur humo cœli DEVS Optime nomen.
2. Digna salutaris veniat celebratio regni,
3. Frange voluntatem carnis, Flatusq; propaga.
4. Suppedita miserans presentis com moda vita,
5. Ablue per Christum nostras in pectore labes.
6. Ne superet labes, affectus opprime cordis.
7. Corporis ac animæ clemens averte pericla.

Sym-

---

SYMBOLUM APOSTOLICUM.  
AD CASPARVM AGRICOLAM  
VVeissenburg. Nor.

**C**redimus esse Deum terræ cæliq; Parentem.  
Cara Dei proles Christus Rex est Dominusq;  
Conceptus Flatu, natus de Virgine Christus.  
Pilato subijt Christus sub præside mortem.  
Morte resurrexit superata Christus ab Orto.  
Ad dextram Christus cæli sedet axe Parentis.  
Cœlesti Christus Iudex de sede redibit.  
In Sanctum credo, Numen venerabile, Flatum.  
In cunctos verax dispersa Ecclesia terras.  
In Christo sanctus concessa remissio culpæ.  
Quæ terra latuit caro viva resurget in auras.  
Immortale pijs vitæ conceditur ævum.

---

Veni sancte Spiritus, &c.  
AD IACOBVM OFFNERVM,  
Brettanum Fr.

**P**ectore constanti quem Spiritus alme fatemur  
Esse DEUM summo cum Patre cumq; <sup>λ6γφ.</sup>  
Demittens alto facilis te culmine cæli  
Huc ades, & cœtus corda repleto pii,  
Accendas & in hoc flammæ illius amoris,  
Qui solum sacri Numinis extat opus,  
Quo veluti cunctas per linguas totius orbis  
Vnam fecisti gentibus esse fidem :  
Vnanimis sic nos purgabis cordibus omnes  
Latificante tua pace fruamur ope.

Ex

Ex Psalmo 119.  
AD IOANNEM SCHAR  
schmid, Zitaviensem Sil.

**A**gas DEVS precor tuo  
Benignius cum servulo:  
Decreta me mentis tue  
Et rectius simul doce.

Ego tuus sum servulus  
Me propter id probè instrue,  
Testationes ut tuas  
Edoctus hinc intelligam.

---

Hymnus de Dei beneficiis in nos.  
AD GEORGIUM ADAMUM  
Francisci, & Icremiam Heuberum  
Onoldinos Fr.

**S**ummus nos merito tibi potenti  
Excelsa canimus Deoq; laudes.  
Aeternus Genitor tua boni fons  
Qui omnis pro bonitate nos creasti.  
Aeternus Genitus sacro redempti  
Cuius sanguine vivimus beati.  
Aeternus sacer utriusq; Flatus  
Per quem sunt data casta corda nobis  
Vnus cum Deus omnibus sub orbe  
Nobis omnia des ferasq; dona:  
Summas nos merito tibi potenti  
Excelsa canimus Deoq; laudes.

213  
T R I C H O.  
P L O C I A E.

M. Ioannis Philippi

Vollockij P. L.

P A R S S E C U N D A,

quæ est Epigrammatōn.

Candido Lectori Salutem.

Qui legis hanc partem sincera fronte secundam,

Vt releves animi tædia longa tui.

Sic lege ne rapias in te ceu dicta quod usquam,

In mundi scriptum facta sinistra vides,

Ipse Canes inter contorqueo saxa, petitus,

Latranti plagas prodat a b ore suas.



V V I T E B E R G A E,

Typis M. Ioannis Cratonis,

Anno. 1 5 9 9.




NOBILISSIMO  
ET GENEROSO VIRO.  
IUVENI, DN IUSTO  
CASPARO à METZRAD,  
Domino suo grati-  
oso. S.

**N**obilis illustris, veteri qui stemmate fulges,  
Metzradiaè dignum lumen et aura domus.  
Musarum obstrictum si non te cura moratur,  
Si non in multis est tibi rebus onus.  
TRICHOPLOCIAS hilari, peto, suscipe vultu,  
Vile nec insumpti sperne laboris onus.  
Suscipe nam inuenies animum quod fortè iuvabit.  
Quin profit non est tam malus usque liber.  
Cum mihi fundet opus animo fortuna sereno  
Ipse alio posthac munere dives eris.

*T Gen. Nob.*

*Addictiss.*

*M. I. P. Vollock,*  
*P. L.*



Lectori.



*Vae tibi de nostro sint expectanda li-  
bello.*

*Scire petis, parvo carmine, lector,  
habe.*

*A Metzrad celebros divum de sanguine prolem,*

*Et verum laudis qui meruere decus.*

*Hinc ficto praevos carpo sub nomine mores,*

*Ac lepidos acri do sine felle iocos.*

*Nil probo quod sanam possit corrumpere mentem.*

*Dignos laudo, malos pungo, modestus amo.*

*De Rudolpho, II. Romanorum Impe-  
ratore semper Augustissimo.*

*RUDOLPHVS Caesar terram, Deus astra gubernat  
Astra Deo gaudent, Casare terra suo.*

*NOBILISS. D. IUSTO CAS-  
paro, à Metzrad.*

*O Caspare decus patriae, Caspare tuorum*

*Gloria non unquam deperitura patrum*

*Te Mecænatem mihi, me tibi fausta Poëtam,*

*Ex summi nutu fata tulere DEI.*

*Ocia grata meis igitur concede Camœnis,*

*Qualia Musarum numina sancta volunt.*

*Ocia si dederis, meriti jam debitor hujus,*

*Clara tuum scriptis nomen in astra feram.*

*Non epulis, gula, bello, venatibus, ere,*

*Carminè notitiam posteritatis habes.*

AD IACOBUM HERBRAN-  
dum, S. S. Theologiæ Doctorem, Pro-  
fessorem, Cancellarium, & Prepo-  
situm in Academia Tu-  
bigenfi.

IACOBVS HERBRAN-  
D U S.

anagrammaticè:

SINCERUS VERBA DABO.

**Q**uanta sacros, cheu, turbat discordia cœtus:  
Heresium superant agmina quanta solo!  
Quod probat hic, alius reprobat: stat mentib. impar  
Delectus: propriâ quisq; superbit ope.  
Verorum pudor est amplecti sensa virorum,  
Errores prauos sede priore locat.  
Quantula sed contra Doctorum summa piorum est.  
Qui quacunq; docent, iussa Tonante docent.  
Vix regio talem sortitur qualibet unum.  
Et quos ille sibi jungere mente potest.  
Leucoream, est unus, qui vel colit HVNNIVS urbem  
Vel savi aëria Martis in arte docet:  
Vel ducente DEO, reliquas adit impiger oras  
In solidos ardet quas revocare status.  
Hunc seu Marpurgum, tenet hunc seu Leucoris oras,  
Sive aliæ terræ; SIDVS VT AXE MICAT.  
Altera Sveviacis reperitur gloria terris  
HERBRANDVS, gentis dux columenq; sua.  
Hunc



Hunc schola miratur, totis notissima terris,  
Qua Tubinga suum tollit ad astra caput.  
Mirantur, sacra sunt quotquot in ade docendi,  
Dociloquo & pendent grandis ab ore viri.  
Enthea nam dextris explanat dogmata verbi,  
Adversos doctus frangere ritè viros.  
Consilium testis, clara quod in urbe Tridenti  
Transactum est, cuius pars quotacunq; fuit.  
Testes, quadrigenâ cincti sua tempora mitra  
Papuole, quos hic voce libriq; necat.  
Namq; ut sinceram sincero peccare vitam  
Degit, sinceros sic quoq; solus amat.  
Nec mirum, tales in eo splendescere mores,  
Quando dat his versis nomen utrumq; notis:  
SINCERVS D A B O VERBA, nec ulla sublitâ fucô.  
Corda geram : vitæ hæc norma sit alta mea.  
Salve Sveviacæ certissima gloria gentis,  
SVEVERVSQ; queas ut DARE VERBA, Vale.

---

AD NOBILISS. IUSTUM  
Casparum à Metzrad.

**N**obilitas generis nihil est, & inutile nomen,  
Si vitæ ac morum nobilitate caret.  
Nobilitate viges verâ, C A S P A R E, vetustos  
Qui de METZRADIO stemmate ducis avos.  
Nobilis ut celebri fama dicaris in ævum,  
Vt vitæ & morum nobilitate mices.

C 3 Hanc

Hanc non divitiæ, non dat quaesita voluptas,  
Quam magna vulgus sedulitate petit:  
Virtutes verum præclare, fortiter actas,  
Pierides, pietas, justitiæq; labor.  
Quo Natura vocat da magnos impiger ausus,  
Nobilitas magnis, sanæq; rebus adest.

---

DE RUDOLPHO, II. ROMA-  
norum Imperatore semper au-  
gustissimo.

Qvod Sol in caelo, est hoc magnus Caesar in orbe.  
Caelum ex Sole, orbis Casare lumen habet.

---

AD IOANNEM BAPTISTAM  
Rorbach, Ellerchshusanum Fr.  
de amicitia.

IN dubijs res est pretiosa fidelis Amicus  
Officio tenit qui mala damna sub.  
Cæcus id & claudus testantur, pauper uterq;  
Ex quibus hic visu captus, at ille pede.  
Dum sibi quisq; suum nescit perquirere victum.  
Officijs pariter mutua corda gerunt.  
Cæcus fert humeris, regat ut vestigia claudum.  
Hic rursus cæcum sedulus ire docet.  
Fœlices verò qui conjunguntur amore,  
Quiq; suam præstant, cum petit usus, opem.

IN

IN EFFIGIEM, GEORGII  
Volradi, V. I. D.

**I**N tabula aurigam Phaetontem expressit Apelles,  
Non potuit radios exprimere atq; diem.  
VOLRADVM expressit Doctorem Pictor, at ipsos  
Non potuit mores ingenium atq; fidem.  
Pectoris optabis frustra spectare fenestram,  
Quis qualisve suo totus ab ore patet.  
Non opus est hederam vino praeponere dulci,  
Ingenium, mores, vitaeq; recta docent.

---

AD MATTHAEUM ZUBE-  
berum, Poetam Caesarium, ami-  
cum colendum.

**E**N Zuberem, novem decus immortale sororum,  
Cui magnus sacram donat Apollo chelyn.  
Ipse meis Venerem dum conor abesse libellis,  
Quam vereor ne sit prorsus adempta Venus.  
Si Venus in nostris, non est tamen apta libellis,  
Tu sis quam cupio, clare Poeta, Venus.

---

SYMBOLUM ILLUSTRISS.  
Principis, Ioannis Friderici, Ducis  
VVirtembergici &c.

**C**andida simplicitas & recti conscia virtus,  
Norma sit, & vitae regula sana mea.

Aliter

Aliter.

Simplicitas, veri que decus mea cu-  
ra meum Cor.

Schlecht und Recht behütet mich.

Psal. 25.

---

NOBILISS. IUSTO CAS-  
paro à Metzrad.

**I**nclyte Mœcenas doctis Caspare Poetis,  
Metzradia numerans nobilitate genus.  
Munificam Musis, Themidi, Pietati & egenis,  
Ut prestas animo liberiore manum:  
Sic in terrarum clarescat ut orbe, superstes  
Perpetuo florens nomen honore tuum,  
Prestabunt Musæ, Themis, & Pietas, & egenis,  
Officijs merces gloria digna pijs.

---

SYMBOLVM M CHRISTO-  
phori Zecheri, Pastoris Lunæburgæ  
ad D. Michaelcm.

NON EST MORTALE QVOD OPTO:  
MAIVS OPVS MOVEO.

**E**Xpeto quid, queris? NON EST MORTALE  
QVOD OPTO:

Nil mundo hoc: quia, nil statq, manetq, loco.

MAIVS OPVS MOVEO, nam nomine & omine

CHRISTVM

FERRE peto eternum: nonne perenne peto?

AD

---

A D M. BALTHASARUM  
Mentzium, Nimeccensem.

**N**estoreos tibi det pie Mentzi Iuppiter annos :  
Nestoreum quoniam pectus & ora dedit.

---

DE ILLUSTRISS. PRINCIPE  
ac D. D. Friderico, Duce VVirtens  
bergico, &c.

**S**i quis habet sana curam pietatis, honestas  
Prosequitur digno si quis honore Scholas :  
Si quis præscripto legum regit ordine cives,  
Si quis peccatis non sinit esse locum :  
Si quis pauperibus prodesse laborat, & agris,  
Si quis non aliis triste precatur opus :  
Si quis preponit privatis publica rebus,  
Dispeream PRINCEPS hic nisi noster erit.

---

AD MAGNIFICUM REVERENDISS.  
& Nobiliss. virum, D. Christo-  
phorum, à Metzrad,  
&c.

**N**obilitate viges quod avita, Metzradi, id ingens  
Gloria, cum multis convenit illa tibi.  
Humanus quod amas populos, humanus & audis,  
Responde sç, alios præter amaris amor.  
Quod pius extendis pietatem, rarus habetur,  
Ardet qui tanta religione DEI.

C 5

Artibus

*Artibus excellens idem, quod & ore disertus,  
Persuadere potes maxima quemq; tuum.  
Nobilis, humanus, prestans, pius, ore disertus.  
Omnibus his procerum par tibi nullus humo.*

---

**AD CLARISS. ET MAXI-  
mum Theol. D. Aegidium Hun-  
nium, S. S. Th. D. & c.**

**I**sta legens forsitan miraris, Maxime Doctor,  
Quid tenebris facias pulchra lucerna meis?  
Ne mirare, meis, rogo sis lucerna tenebris  
Depulsa claram reddito nocte diem.  
HVNNI, tu densis per magna lucerna tenebris,  
Nisi fueris totum luce carebit opus.

---

De vita aulica,  
**AD GEORGIUM à DAMBITZ,**  
Nobilem Borussum,

**A**ulica nobilium pauperrima vita virorum,  
In nullis novit rebus habere modum.  
Vtilis assiduo consumitur Aulicus usu,  
Consilio & studijs dum valet ille suis.  
Ignarus rerum non ullos aptus ad usus,  
Perpetuum reliquo scomma jocusq; gregi.  
De virtute ad eundem.  
Virtutem comites sudorq; laborq; sequuntur:  
Hos qui spernit, iners, pramia nulla capit.

De

De studio juris.

AD IOANNEM SCHRAM,  
Uratlaviensem, Sil. amicum su-  
um colendum.

**Q**uanta sit, & studii quam magna molestia juris,  
Nocte dieq; gravi quod fora lite trahit,  
Est AEsopiades testis, legumq; periti,  
Qui dictis infra queq; piacula notant.  
Dum servire suis singuntur legibus orco,  
Grande patrocini pondus onusq; docent.

---

De effigie Cosmiae.

AD M. BALTHASARUM  
Osten, Uratisl. Sil.

**S**ic fuit effigies florentis vera puella,  
Cum pectus casto laesit amore meum.  
Si faciem, corpus, si membra decentia spectes,  
Vel Venus esse potest, vel Veneri similis.

---

AD M. ANDREAM FRAN-  
cisci, Onoldinum. Fr.

**E**cquid opes homini profunt? quid forma? quid  
etas?  
Quid vires? studium? gratia? fastus? honor?  
Haec tanquam vanum duxissent omnia nomen,  
Abripiunt somnus, mors, & acerba quies.  
FRANCISCE ergo animi, virtutumq; elige dotes.  
Quae sunt ingenio munera parva, valent.

Aliud

Aliud ad eundem de amore.

**Q**ui cupit omne genus duri perferre laboris,  
Pœnarumq; pati qui cupit omne genus;  
Qui cupit esse miser peregrinis exul in oris,  
Hic cœci miserum vulnus amoris alat.

---

**A D G E O R G I U M R I G L E R U M,**  
Rottingensem. Fr.

**E**st orta Coniunx quatuor de stirpibus.  
Mitis vel hanc Apes, adulans vel Canis  
Produxit, aut volvens luto Sus, & Equa.  
Quæ prodit ex Equa iubeis flaventibus,  
Est elegans, malusq; prompta fraudibus,  
Sed apta multos procreare liberos.  
Quam Sus dedit, nequam nec est, nec est bona.  
Loquax gravis, molesta, quæ venit Canis.  
Apes peritas dant gubernande domus,  
Quæ sedulo præsumt suis negotiis,  
Et imminetia amovent pericla.  
Si vincla vis, RIGLERE, conjugis pati,  
Hanc optimam tibi omnium fac eligas.

---

**A D I O A N N E M B A P T I S T A M**  
Rorbach, Ellerchshufanum, Fr.

**N**il en prisca fides, bonumq; nomen,  
Deductumq; favo svaviori  
Romane iuvat esse dictionis.  
Nil vidisse iuvat novem Sorores.

Nostro



Nostro tempore, seculoq; nostro,  
Sordet prisca fides, bonumq; nomen,  
Sordet omne decus locutionis,  
Sordet Thespiadam nemius Sororum,  
Qui nil attulerit, repulsus ante  
Indoctas patitur domos repulsam.

Ad Cosmiam, suam animulam.

Dulcis Cosmia dulcior liquore,  
Quam dulcis mihi vita, quam beata  
Tecum vivere sidaretur, esset.  
Dulcis Cosmia dulcius Deorum  
Nectar non mihi prebibi rogarem  
Tecum Cosmia quam videre lucem,  
Tecum Cosmia quam subire noctem.

Iocus de quodam Stulto.

VVirttembergiaca Stultus quæsitus in aula,  
Quis crepitum primus miserit? inquit: Anus.

---

AD IOANNEM SCHEMELI  
um, Rotenburgo Tubcranum, Fr.  
contubernalem charis.

Rarus Amicorum quod luceat usus in orbe,  
Est ubi nulla fides, est ubi parvus Amor.  
Scito quod omnis Amer profugus decessit ab orbe:  
Si quis adest sequitur non nisi mente pares.

Con.

Condidit humanam Deus isto nomine gentem,  
Mutuus officijs semper ut adsit Amor.  
Mutuus in studijs dum nos Amor alligat unis,  
Mutuus, en, nobis non erit exul amor.

---

SYMBOLUM IOANNIS  
Schemelii. R. T. Fr.

DOMINUS PROVIDEBIT.

Gen. 22. v. 8.

**E**ST DOMINVS dubijs qui PROVIDET omnia re-  
Et prompta cujus cuncta geruntur ope. (bus  
Huic Ego confisus, nunc glorior atq; triumpho: Levat.  
PROVIDET, en, DOMINVS, morte, malisq;

---

In ejusdem Symbolum subjunxit,  
MATTHAEUS ZUBERUS,  
Poeta Cæsarius.

**S**I cor angitur, & timet periculum  
Præsens: unde medela sit petenda,  
SCHEMELI, scio. Nempè lectione  
Sacri codicis haurienda spes est.

Fons hic limpidus & salute plenus  
Levat pectora ~~saeva~~ curis.

Desperare igitur nefas scælusq;

Immo est impietas Averno hiante

Digna. Si perit salus per ipsos

Mortales: DOMINVS (Salus salutis)

PROVIDEBIT. In hoc sat est quiesce:

Ad

sauciata

AD URSULAM, IACOBI  
Banckii, VVeissenburgensis apud  
columbam, Franci.

**A**N sis chara mihi, queso, cur, VRSVLA queris  
Heus, si non odi te, VRSVLA, fors an amo.

---

AD EANDEM ZUBERUS.  
P. C.

**V**RSVLA, qua semper placuit, placet, atq; placebit,  
Semper & hac animi est, certa medela mei.

---

AD EANDEM VOLLOCK.  
P. L.

**V**RSVLA grata sies, tibi sit sententia queso:  
Elige mene velis, vivere, mene mori.

---

SYMBOLUM M. MICHAELIS  
IOANNIS, Heilbronnensis.

Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.

**S**I cupis ut recta praestet quis mente favorem,  
Ne facias aliis, quod male ferre potes.

---

Mors unde dicatur.

AD IOANNEM SCHRICKE-  
lium, Hilperhusanum Fr.

**D**icitur HORRIBILI mortalibus HORRIDA vultu  
Quod rodat morfu MORS genus omne suo.

De

De Medicis.  
AD IOANNEM ADAMI,  
Epperiensem Sepul.

**F**ertur tres Medicæ peritus artis  
Mutato facies habere vultus,  
Refert Angelicam, rogatus adfert  
Cum festinus opem necessitati.  
Dein dextro DEVS est statu benignus,  
Cum morbum crucians dolor remisit,  
Cum vero precium labore partum  
Poscit, Tanarius Satan videtur.  
Gratum nil magis est, nisi quod extat  
Gratis, sustinet æquitas repulsam.

---

De processu Conjugii.  
AD IOANNEM ULBECCI-  
um, Svobacenum Fr.

**Q**uæris? Quis status thalami sit, in orbe jugalis,  
Dic, duc, fac, & fer, quatuor ista docent.  
Duro, Dic, ambos nodo conjungit amantes,  
Perpetuam sacra, Duc, dat in æde fidem.  
Fac studio multos tribuit sudante labores  
Fer, cogit Domine credita iussa pati.  
Dic, Duc, Fac, & Fer quisquis cupis esse maritus:  
Norma sit, & vitæ regula certa tuæ.

---

De Iuvene quodam alente barbam.  
AD IOACHIMUM HESSUM,  
Hollandum Bor.

CVr

**C**Ur aleret barbam juvenem cum Virgo rogaret,  
Ut fugiat retro, territus hostis, ait;  
Falleris, illa subit, vanum me teste probabo,  
Nunc hirsuta petor, quae glabra ante fui.

---

De Petro Bembo.  
AD IOANNEM ZIEGLE-  
rum, Creilsheimensem Fr.

**D**E Bembo vigili mecum perpende labore.  
Qua multis sparsit lubrica sama libris.  
Codicis haud unquam divina volumina sacri  
Evolvit, Christi ceu facit orbe chorus.  
Cumq; semel libros animum mersisset in istos,  
Hac irâ accensus verba calente dedit:  
Heu quae barbaries, quae rustica dictio libris,  
Quam currunt rebus dissona verba suis.  
Non sermo hic Scythicis ferretur barbarus oris  
Horrificos sermo terreat ille Getas.  
Felices contra Naso, Ciceroq; disertis,  
Vox placida quorum mollior aura fluit.  
Sit tua, Naso, mihi Musa, atq; oratio Tulli,  
A nostris absint Biblia tota libris.  
Traditus utq; sacer fuit ipsi Cardinalis ordo,  
Nunc, aliquis dixit, Biblia, Bembe, lege.  
Is, vice si legerem sacra Biblia forte secundâ,  
Omne pium mihi quod restat, abiret, ait.  
Hac ego de Bembo certis excerpta libellis  
Iudicio volui ferre probanda tuo

D

His

His ego vix album potero apposuisse lapillum  
Dum sapiens vivo corpore sensus erit.

De virgine quadam nomine  
Ursula.

URS A quod es vultu teneris quod URS A sub annis  
Hinc URSAE merito tu URSULA nomen habes.

---

Apologus de Formicis & Cicada.  
AD BALTHASARUM MIE-  
he, Magdeburgensem.

**T**unc, ubi tristis hiems squalentia protulit ora  
Ac gelidâ texit candida rura nive;  
Fragilegæ siccant Cerialia munera turbae,  
Et magis efficiunt usibus apta suis.  
Has contuta cavis ignava cicada sub antris,  
Dum latet horrendi penè peremta fame;  
Accedit vacui queritans jejunia ventris,  
Et grave, in qua iuuet dextera, mortis opus:  
Per superos, insit, cœlestia numina, Divos,  
Ferte mihi facilem, namq; potestis, opem:  
Ferte, mea remanent sic stamina pendula vitæ,  
Stamina, vos præter, quæ mihi nemo trahet.  
Dixit Granilegæ flavam sub pectore bilem  
Formicæ recoquunt, hosq; dedere sonos:  
Quid pigra, quid calido fecisti tempore rerum  
Cum cadit incurva falce resecta Ceres?  
Siccior arentes cum findit Sirius agros,  
His decet impigras lucibus esse manus.

111a

*Illā subit contrā: Mihi talibus otia rebus  
Congrua per calidos nulla fuere dies:  
Gaudia tunc pictos ego leta frequento per agros,  
Si placet, & liquidum manat ab ore melos.  
Sedula formica innox subdunt, turba: Quid ergo  
Iam trahis ad numeros leniter ire moras?  
Quae canit egregium rapido sub mole melisma,  
Convenit hanc rigido molle salire gradu.  
Hinc puer, hinc omnes quos otia terra fatigant,  
Desidia caveant grandia damna pati.  
Canus eget, quisquis viridi non colligit aevos:  
Pigra juventa senes esurisse facit.*

*Ad eundem de Cosmia.*

**A** Egredere quam potui prius videre,  
Ingens quod fuerat mihi pudica  
Hostis Cosmia, nescio quibus nunc  
Exsiccet facibus meas medullas,  
Incendit mihi pectus illa totum,  
Ut magnos habeam caloris aestus.  
Sed formosa mihi precor pudori  
Cur sit Cosmia? Iupiter Puellas  
Formosas etiam tulit libenter.

**AD ANDREAM SEBISCH,**  
Austriacum.

**E**st vetus id verbum, vel Mus mordere nocentem  
Audet: at hoc ipsum res secus esse docent.  
Audet mus mordere bonum, mordere nocentem,  
Non audet rigido territum ore Satan.

D 2 Alphon

Alphonsi Apophthegma de  
Ebrietate.

AD IOANNEM MARTIUM,  
Nicosolensem Pannon.

**Q**uestus madido currarior adsit Iaccho  
Alphonsus sicula Rex regionis, ait :  
Ebrietas demtâ magnos ratione bibones  
Efficit in stolidum degenerare pecus :  
Heret Alexandri mihi sensu maxima clades,  
Inde fugit cladem provida cura parem.  
Error in immodico latet indubitatus Iaccho,  
Quem tenet, ex cauo pectore brutus abit.  
Felicem, nimij quem non tenet ardor Iacchi !  
Ebria mille domi vita perula subit.

---

Divi Augustini Apophthegma.  
AD MICHAELEM KERE-  
rum, VVinshemium Fr.

**D**um Divus Lybica docet Augustinus in ade,  
Quo mundi primùm machina structa modo :  
Afer adhuc ridens interstrepit ore docentem,  
Ante, refer, mundi, quid Deus egit, opus ?  
Accipit, hic nigrum fecit scrutantibus Orcum.  
Non arcana DEI querere debet homo.  
Ad eundem, de pulice mordente.  
Induit ad nimium patientia lasa furorem,  
Illatamq, malo vim graviore fugat.  
Ergo pullex parvum depascere desine corpus,  
Insidia noceant ne tibi fortè tua.

Ad



AD GEORGIUM KREMERUM  
Geratshofensem Fr. de  
Cosmia.

**T**am tensas nunquam mihi dat nec atra tenebras  
Tam non pulcram pulcer Apollo diem,  
Quam densas absens dat Cosmia blanda tenebras  
Quam pulcram praesens, pulcrior ipsa, diem.  
In tenebris lucem, densas in luce tenebras  
Cosmia conspectu fertq; adimitq; suo.

AD CASPARUM AGRICOLAM,  
VVeissenburg. Nor.

**Q**ua pigrum pascant, alij dent munera, ventrem;  
Quae pascunt oculos, vilia dona datus.  
Sed meliora pigro quanto sunt lumina ventre,  
Tanto etiam munus gratius istud habe.

AD IACOBUM OFFNERUM,  
Brettanum Fr.

**S**icut Epops volucris proprias depolluit aedes,  
Dum nullo nidos ornat honore suos.  
Sic virtute carens tantum pia facta suorum  
Qui canit, agnatos polluit ipse suos.  
Non genus & proavos, sed quae nos fecimus ipsi  
Nostra memor solum dicere fama solet.

Ad Cosmiam.

**V**ivum Feminei decus pudoris,  
Culta moribus, instit. ione

D 3

Chara

*Chara Cosmia, si tibi Maritum  
Me vis, ut volo te mihi Maritam,  
Sis constans mihi, sis precor FIDELIS,  
Et constans & ero tibi fidelis.*

Ad eundem I. Offinerum, Br. Fr.  
de amore.

*Qui venit ex oculis amor immedicabilis ardor,  
Artificis qui quam nil facit esse manus.*

---

De vera amicitia,  
AD IOANNEM SCHARSCMID,  
Zitaviensem Sil.

*Vt fugiens alias excedit hirundo sub oras,  
Quando venit rapidum vere abeunte gelus;  
Sic qui corda gerunt fallaci sublitia fucos,  
Angusta, socij, sorte cadente, cadunt.  
At quos verus amor, quos candor jungit amicos,  
Constantes retinent sorte in utraq; pedes.  
Ceu vetus excelsis haerens in montibus Ilex,  
Impete non venti victa furente cadit.  
Verè igitur veros prodit Fortuna sodales,  
Qui faciles, horrent quando pericula, manent.*

Ad eundem de morbo Cosmiæ.

*Ægra tuo Veneris perfers in pectore vulnus,  
Pœoniamq; à me Cosmia poscis opem.  
Me miserum, simili sum captus pectore morbo,  
Nec tibi, nec presens ars erit ulla mihi.*

Ad Georgium

---

AD GEORGIUM ADAMUM  
Francisci, Onoldinum Fr.

**A**rtes ad Medicas animum quod iungere mens est,  
Gratulor, & felix comprecor esse tibi,  
Scribendi facilem qui donat carmina venam,  
Sanandi facilem dat quoque Apollo manus.  
Ad Cosmiam animulam suam.

Cosmia chara tuus (si vult Deus) esse laboro,  
Et mea tu debes esse volente DEO.

---

AD IEREMIAM HEUBERUM,  
Onoldinum Fr.

Respice cui fidas, cui credas respice: fallit  
Sapè cui toto credita corde fides.  
Ipse armis fretus, simul ac premo strenuus hostem,  
Ac armis tutum me fore credo meis.  
Arma fefellerunt, trajectus clune per arma,  
Deceptam doleo serius esse fidem.

---

AD ANDREAM SRCHROTZ-  
bergerum, Plofeldensem, Fr.

**S**i quis erit certos inter numerandus amicos,  
Prisca fides quales, fama que novit avos.  
Si quis Cecropia madidus latiaque Minervæ,  
Artibus, & verâ simplicitate bonus.  
Si quis erit recti custos, imitator honesti,

D 4

Ergo

Ergo pigrum donec cœlo spectaro Booten,  
Quicquid & ætheri luminis astra tenent,  
Credes meos charos inter, dilectæ, sodales,  
Te non ex minimis quemlibet esse sinam.  
His paucis valeas, & dic Vollokius avum  
Vivats tunc capies plura favente Deo.

Ad quosdam conterraneos, qui nuper  
Academiam ingressi.

**N**ON studiosus agit, plagæ cui cornua demunt,  
Ceu studi forum densior ordo putat.  
Si facerent plagæ studio sine sorte studentem,  
Quisq; studens esset pellio, cerdo, faber.  
Non plagæ, Musæ demunt fera cornua morum,  
Hæ faciunt, studio nomina digna geri.  
I nunc, & jacta STUDIOSI nomina clari;  
arte sine & studio non studiosus agit.

---

AD M. CONRADVM SAHE-  
rum, Berneccensem Voitlandum,  
amicum fidelem.

**E**X animo dolui, nunc imo pectore letor,  
Quod fueras ager, quod benè sanus agis.

---

AD M. BALTHASARUM  
Mentzium, Historicum, & VVites  
bergæ Facult. Philosophicæ  
adjunctum.

MENTZI,

**M**entzi, gestarum scriptor clarissime rerum,  
Cujus perpetuo tempore fama viget.  
Cur premis ingenij multos monumenta per annos  
Delicias nostris nec sinis esse scholis?  
Ede, precor, populo, Mentzi doctissime, libros,  
Ingenio cultum divite profer opus.  
Damnabit nullo doctorum crimine turba,  
Quod vehit aeternis Calliopea modis.

---

De Apostolo Simone Petro.  
**AD MARCUM SIMONIS,**  
Holf. Stormarum, amicum cha-  
rum & fidelem.

**F**undamenta Simon Petrus salutis  
Iecit prima, fuitq; Christianos  
Inter maximus, omniumq; primus:  
At nunc dum superas petivit arces,  
Petrus carcere corporis solatus,  
Primas solus habet Simon, nec ullus  
Toto major in urbe iudicatur,  
Regit templa Simon, domos, & urbes.

De se & Cosmia, ad eundem Marcum  
Simonis, H. St.

**E**t nolo & volo Cosmiam modestam.  
Illam cur ego jam velim atq; nolim.  
Non scio satis, hoc scio, quod ignem  
Verè sentio, macerorq; verè,  
Et nolo & volo Cosmiam modestam,

D S Nolo

*Nolo, quod puto meam non futuram,  
Meam jam volo, quod puto futuram.  
Author sed thalami DEVS jugalis,  
Tu lecti sociam facis jugalis,  
Tu lecti sociam negas jugalis.*

*In Gulosum.*

*Non ut edas vivis, sed edas ut vivere possis,  
Non vinosa, placet sobria vita DEO.*

*De quadam Virgine, vel quasi, nomine  
CLARA.*

*Clara suum nummis quod amico vendit amorem,  
Quod multa vendit basia pauca prece:  
Non facit ut magno corradat scenore nummos,  
Sed facit ut quondam reddere possit ANVS.*

*De Conjugio felice & infelici.*

*AD IOANNEM UNGARUM,  
Hospitem meum Lectissimum.*

*Sole quod in medio tibi corporis umbra videtur,  
Cum sequeris, refugit, cum fugis, insequitur.  
Hoc patet esse suo Coniunx non equa Marito:  
Quod cupit, ipsa negat: quod negat, ipsa cupit.  
Conjugium felix, quod copulat una Voluntas,  
Vna fides, Vnus lectulus, Vnus amor.*

*De Superbia.*

*Quam sibi conveniens habet alta Superbia nomen,  
Omnigenas supra nititur illa viros.*

*ad*

Ad Virginem quandam nomine K.

*Si tibi concessit formam natura benignam,  
Conveniat formæ vitæ modesta tuæ.*

Ad aliam Virginem nomine A.

*Dona venustatis si conspicuis esse negata,  
Ingenio formæ damna repende tuæ.*

De se & Cosmia.

*Inter me calidum focum sedentem  
Et se Cosmia dum videt, meisq;  
Emanare videt genus liquorem,  
Quæ sit causa, rogat, mei caloris.  
Cur quæ causa, rogas, mei caloris?  
Non mirum est hominem calere, totus  
Qui tua coquitur sociq; flamma.  
Ardentissimus ignis est amoris.*

Ad Casparum Stockium.

*Mentiri sanctos quæ scribunt cuncta Poetas  
Dicis, & infami carmina dente premis.  
O caput helleboro dignum, lacerare Poetas  
Veridicum, STOCKI, desine quæso, genus.  
Quòd nequit obscurus cognoscere carmina sensus,  
Non illis STOCKI, sed tibi crimen erit.  
Verborum quamvis velent res tegmine gestas,  
Mendaci vates nil tamen ore docent.*

---

DE VALENTINO HAUS-  
manno, Musico insigni.

**I**N ponto Triton, in summo Phœbus Olympo,  
HAUSMANNVS palmam Cantor in orbe tenet.

De

De Aulo confitente.

**C**VM patrata sue fateretur crimina vita,  
Quæsitus Satanam crederet Aulus, ait:  
Papa Pater possum Satanam qui credere, cœlis  
Vix aliquem summo credo labore DEVM.

Ad Amicum fucatum & Nequam.

Vix nocet iste, palam sese qui dixerit hostem;  
Sed qui fucato celat amore dolum.  
Quisquis apertus erit, facile evitabitur hostis,  
Non qui fucato noxia corde premit,  
Pessimus, egregij dum nomen jactas amici,  
Qui premis intra animum nil nisi triste tuum.

Ad Sodales.

**NE** vitam, esto modus sumpto, disperdat, Iaccho,  
Hinc mœror genitus fratre furore venit.  
Conjunctus numero Charitum, tunc portat amores,  
Appositoq; parat gaudia mille thoro.  
Si vincit Charites, placidi removentur amores,  
Ac cum morte sopor debile pectus adit.

---

De monte Oliveti, Spiræ eleganter in  
saxum exciso, Dialogicon Viato-  
ris & Hospitis.

**A D I O A N N E M B A P T I S T A M**  
Rorbach, amicum utraq;  
pupilla chariorem.

Capturus



### Viator.

**C**apturus Christum telus Iudæus in horto,  
Qui sit quod nulla cuspide cinctus adest.

H. Nomen qui Christi non corde, sed ore, fatetur,  
Abstulit, & propriam vendicat ille sibi.

V. Qua precor ex causa? H. Tenet hoc Germania ver-  
Quod sub Iudæi cuspide scenus habet. (Cum

Hinc ut in æternos scelus hoc transmitteret annos,  
Artificis voluit sic opus esse manus.

Ista senescentis mundi fert fert crimina tempus,  
Est vitium virtus, est scelus esse pium.

---

**AD IOANNEM SCHEME-**  
**lium, Rotenburg. Tub. con-**  
**tubernalem charis.**

**V**ix oblector anus, teneram nec curo puellam:  
Illa mihi dolor est, Hæc nihil apta negat.

Passa, nec agrestis iuvat uva, sed aucta liquore  
Candida matura Virginis ora probo.

### Pro felice Conjugio.

Natis divitias possunt offerre Parentes,  
A Domino Coniunx sola pudica venit.

Ne DEVS, astringant turpis me gaudia vitæ,  
Legitimi sociam tu mihi iunge thori.

Conjugij solus velut es servator & autor,  
Sic Coniunx solo te tribuente da, ur.

In Nasatum.

*Ad Solem ore tibi si nasus hiante locetur  
Omnis constabit dentibus hora tuis.*

*In Potatorem.*

*Doctus es imbutus sero cum vespere potas,  
At matutino tempore siccus iners.*

*Ad loquacem.*

*Qui loquitur quæ vult, quæ non vult audiet idem,  
Quod dolet, hoc debet nemo fricare malum.*

---

*AD ROSOBELLAM, M. ZU-  
beri, P. C.*

*G*AUDE nunc Rosabella ter quaterq;  
Quæ es felicior omnibus puellis.  
Gaude, quod celebri & bono Poetæ  
Arrisit tua forma, ut ad maritiam  
Te sibi eligat, aureosq; mores,  
Et castum numeris suis amorem  
Tuum cum titulo perennitatis  
Ad celsi aurea tollit astra cœli.  
Tuum posteritas in ore nomen  
Dulce semper habebit, & beatam  
Te dicet, Veneremq; Lesbiamq;  
Postponet tibi, Cynthiæq; laudes  
Dicet laudibus his tuis minores.  
Gaude nunc Rosabella ter quaterq;  
Quæ es felicior omnibus puellis.

Ad

Ad eundem M. Zuberum, P. C.

*Grata est Zuberi brevitās mihi docta Poetae:  
Gratior in niveo mihi pectore candida virtus  
Ejus, amor noster sensu gratissimus uno.*

---

AD M. ANDREAM FRANCISCI,  
Onoldinum Fr.

*Quae quondam Genitor scripsit monumenta disertus,  
Tangat ut haec passim publica palma, facis.  
Defuncti meminisse Patris, res laudibus apta est.  
Et sacras dotes ore referre sacro.*

ANDREA, hoc praestas. Pietas haec carmine dignas  
Et vitā votis prosperiore tuis.

*Perge per exemplum Magni perge ire Parentis,  
Est aliquid Magnum posse referre Patrem.*

*Vive diu, FRANCISCE, Patris Fili emule Magni  
Et rogo, VOLLOCKI sis memor usq; tui.*

---

AD MAGNIFICUM, REVERENDISS. & NOBILISS. VIRUM, D.  
Christophorum à Metzrad, &c.

CHRISTOPHORE à CHRISTI nomen qui nomine ducis,

*Sincere sanus religionis amor;*

*Te nutritorem verax Ecclesia postquam,*

*Vt multo florens agmine crescat, habet:*

Presi-

Ad

Præsidium postquam te turba celebrat egenæ,  
Te Schola, te juvenum cœtus asylon amat.  
Officium præstas quo non est gratius ullum,  
Te multis patrem qui dat in urbe, DEO.  
Perge potens Christo meritis educere cœtus,  
Subsidijs nudos perge fovere tuis.  
Non majora potes cœli dare dona parenti,  
Non quod in hac vita gratius esse queat.  
Heroum est, juvenes in cœli patris honorem  
Inq; Dei cœtus erudijse lucrum.

Ad eundem.

Prosperitas homini terrarum magna per orbem,  
Eximium celebri nobilitate genus.  
Prosperitas major vero virtutis amore,  
Pectoris exculti, moribus, arte, simus.  
Maxima prosperitas hominumq; Deumq; salutem,  
Complecti vera mente, animo atq; fide.  
Prosperitas meritò te spectat METZRA DI in orbe,  
Maxima, qui generis gloria summa tui.  
Non tantum vera virtute, & nobilitate:  
Sed Musa & multum religione vales.  
O te perpetuo cœlis, terraq; beatum!  
Te Musæ, Pietas vera, genusq; beant.

Ad eundem.

Nobilis à patre nil differt bonus, adjuvat, auget,  
Iustitia nunquam deficiente suos.

Ja 2400

ULB Halle

3

003 919 226





Sb.

WMT

me







TRICHO.  
PLOCIA.

M. Ioannis Philippi  
Vollockij, P. L.

3  
40000

Ad libellum.  
Non est invidiam timere, non est  
Illam vel quod ames liber necesse,  
Nil augere potest suo favore,  
Nil libente potest nocere morfu.



WVITEBERGAE  
Typis M. Ioannis Cratonis, Anno  
M. D. X C I X.

L. 3.

